lectionis vnguēto pungē. Que cum in tali d̄uoti
onis vnguēto non eſſꝫ repudiata ſꝫ potius miſeri
cordit̄ ſuſcepta. auſu fāiliaritatis confiſa. etiā ſup
ſanctiſſimū domini caput p̄cioſuꝫ liquorē effudit
odoris. intantū vt tota domus ex odoris fragran
tia more aromatū redolēt. nichil ore depromēs. ſꝫ
p̄ exterioris obſequii beneficia ſue cōpunctionis
flamā ac dilectionis feruorē intimans. ac ſi ipi loq̄
retur v̄bis dicēs. O domine hieſu benigniſſime. tu
qui om̄ia ſcis. & cordiū inſpector es verus. qui nō
vis mortē peccatoris. ſꝫ magis vt conuertat̄ et vi
uat. tu ipē intelligis quid mei d̄poſcunt gemitus.
quid lacrīe ab imo erupte flagitēt. quid meus ama
rus exores ſingultus. Peccatrix ſū īmunda. ſū om
niū criminū labe polluta. ſed quia meā ab annis p̄
oribus contamīaui vitā. ad te dominū meū qui es
vita eterna confugio. vt male perditā reſtituas vi
tā. et me d̄ faucibus baratri clemēter eripias. miſe
ricorditer liberes. potēter abſtrahas. qui ſolꝰ labo
rē et dolorē conſideras. Quid eñ ex huiuſmodi ꝓ
feſſione dilectionis conſecuta ſit. ipē dominus ma
nifeſtat qui ſimoni īdignāti cur ad ſe mulierē pec
catricē p̄mitterꝫ accedere conūſus ad illaꝫ reſpon
dit inter cetera. amē dico tibi quia dilexit multū. di
miſſa ſunt ei peccata multa. Que adepta clemētia
domini vt lucas euangeliſta deſcribit. illico p̄ꝰha
bitis om̄ibus ita fāiliaris effecta ē. vt ipſū dominū
non ſolū mēte ſed corpore ſequeretur. de propriis
facultatibus vtpote valde locuplex victū et ueſti
tū ei miniſtrans. īplens biphariē dñi preceptū dicē
tis. Qui michi miniſtrat me ſequat̄. ¶. XCIIII.
¶. De diſp̄ſione eaꝝ cū quibuſdā diſcipulis.
¶. Ex geſtis ſancte marthe.

Cvnqꝫ ſanctiſſima martha precordialiter
audita et p̄cepta ſentētia domini dicentis.
om̄is qui reliq̄rit patrē et matreꝫ ꝛc̄. om
nēs facultates ſuas tripartita p̄titiōe diuiſit. Pri
mā ſorori ſue marie magdalene dedit. ex qua ipſa
domino et apoſtolis eiꝰ victū illis annexa prebu=
it. ſecundā partē fratri ſuo lazaro dedit. Terciā ue
ro partē ſibi retinuit ad ſubſidiū ſuuꝫ. de qua ſal
uatorē et eiꝰ diſcipulos dū ad eā diuerterēt paſce
cebat. Quidquid vero reſidui fuit poſt chriſti aſcē
ſionē ad celos. dū multitudinis credentiū erat cor
vnū & anīa vna. et nēo dicebat ſibi aliquid propuꝫ.
ſꝫ erant illis om̄ia cōmunia. detulit ad pedes apo
ſtolorū vt cōmuni neceſſitati proficēt. et ſic effici
tur matha diſcipuloꝝ cōdiſcipula. Tunc creſcente
nūero credentiū. creuit aduerſus eos p̄ſecutio iu
deorū intantū. vt a finibus ſuis eos expellēnt. et
quoſdā vt petꝝ et alios apoſtolos cuſtodie publi
ce māciparēt. quoſd̄ vt ſtephanū. lapidarēt. alios
etiaꝫ ſicut iacobuꝫ gladio p̄imerēt. Quoſdaꝫ vero

ratibꝰ īpoſitos arcētes a litore. rēis ablatis vel gubernaculis et huiōi nauticis armamentis. et omībꝰ copijs & ſubſidijs deſolatos pelagi fluctibus expoſuerunt. ſed quos dira ſeuicia iudeoꝝ a finibꝰ ſuis eliminauit. hos diuina prouidētia melioribus locis honorauit. Ditauit villis. caſtellis. vrbibus. locupletauit gazis opimis. ditauit eccleſijs. quos & nunc & ī ꝑpetuū celeſtibus donat manſionibus Et vnicuiqꝫ prout diuina diſpoſuit prouidentia. proprius & ſpecialis aſſignatus ē locus. Siquidē arelaten deputauit throphimo. narbonam paulo. tholoſā & vaſconiā ſaturnino. lemonicas marciali. ſanctonas & aquitaniā eutropio. cenomanū & britaniā iuliano. bituricas auſtregiſilo. Thuronū caciano. lugdunū hireneo. veſūctionē ferrucio. aurāſicā alij eutropio. petragoricas frontoni. vellaicum georgio. totā galliā dioniſio. Singulis ita regiōibus ſinguli donati ſunt a domino patroni. quas uiuētes miraculis & virtutibus ornauerunt. Exardeſcēte igitur ſicut premiſimus iudeoꝝ ꝑſecutiōe contra fideles. ab ipſis beata martha cuꝫ alijs criſto credētibus a proprijs finibus exterminata ē. & facultatibus priuata. Quā ſancto maximino vni ſcilicet ex. lxxij. chriſti diſcipulis cū ſorore ſua maria ſpiritusſanctus ſociauit. vt qui eas olī baptizauerat. ipe bone conuerſationis exēplo ad regnū celoꝝ eas ꝑducēt. Igitur nauī ingreſſi cū multis alijs ꝓſpo curſu ad portū marſilie ꝑuenerunt.

## ¶ XCV ¶ Qualiter maria ducē marſilie conuertit. & ei filiū a dn̄o īpetrauit.

¶ Ex geſtis marie magdalene.

ET egrediētes nauī. villā ingreſſi ſūt. Cūqꝫ neminē inueniſſēt qui eos hoſpitio reciperet. in porticu phani gētis illius terre lapidibus accubantes. ieiunijs & orationibus inſiſtētes ꝑnoctauerunt. Mane facto conuenit illa generatō praua vt idolis more ſolito ſacrificarꝫ. cui maria magdalēa aſſurgēs vultu placido. lingua diſerta. verba ſalutis ꝑdicauit. Et admirati ſunt oēs pre illius ſpecie & eloquētie dulcedine. Seqnti vero die quidā nobiliſſimus aduenit cū vxore ſua. q̄ vniuſe prouincie ꝑerat vt ibidē ſacrificarꝫ ſicut cōſueuerat. Erat .n. non modico dolore afflictꝰ. eo ꝙ ſpe prolis diu dſiderate fruſtraretē. cui magdalena ſpiritusſancto plena chriſtū predicauit. idoqꝫ ſacrificia diſſuaſit. Oēs igitur ad eā confluebāt. iāqꝫ matrona prepotēs cōpati cepit ſanctoꝝ inopie. ac ꝑ ſatellites fidos & familiares iuſſit eis victualia erogari occulte. Timebat. n. viri ſui ſeuiciaꝫ. & gētiū vicinaꝝ ꝑfidiā. Quadā vero nocte cū illa nocte cū viro ſuo quieſceret. apparuit ei beata maria magdalēa in ſomnis querēs. cū tantas diuitias haberet. cur ſanctos dei fāe. & ſiti. frigore. & nuditate perire ꝑmitteret. addidit & mīas ſi marito ſuo ſuadere contēneret vt ī breui ſanctoꝝ īopias ſubleuare curaret. Matrona vero euigilans nequaquā auſa ē viro ſuo viſionē indicare. ſequēti die eundeꝫ iterato viſū aſpexit. quē & ſecūdo enucleare diſtulit. Tercio igitur noctis ſilētio apparuit vtriqꝫ fremēs & irata. vultu igneo ac ſi domus incenderetē tota & ait. Dormis ne tirāne cū vipa tua ꝯiuge. q̄ verba mea ꝯ chriſti paupibus reficiēdis & operiēdis tibi poſtpoſuit euoluere. Inimice crucis chriſti varijs ciboꝝ potuū qꝫ generibꝰ vētris tui referta ingluuie. ſanctos dei ꝑmittis ſiti ac fame perire. iacēs in palacio pannis inuolutus ſericis. vides eos ꝯſolatos & in hoſpites. ac preteris. nec ī aliqͦ eis cōpateris. Non ſic inique non ſic euades. nec quod tantū diſtuliſti eis benefacē. impune feres. His dictis euanuit. Tunc euigilans matrona ingemuit. & ab imo pectore ſuſpiria ducēs viro eadē ſuſpirāti ait. Domine mi vidiſti ne ſomniū quod apparuit michi. Vidi inquit vidi & non dſino admirari. qd inde faciemus. Exiſtimo ait melius eē ꝑſuaſiōibꝰ eius obtēperare. ꝙ irā dei ſui quē predicat incurrere. Itaqꝫ benefaciamus eis. & rogemus mariā magdalenā deū ſuū orare vt poſſiꝫ concipe. Acquieuit ergo vir vtili conſilio mulieris. ſanctos dī ꝑcipiēs hoſpitari. & in oībus his neceſſaria erogari. Et ſic factū ē. Euoluto itaqꝫ breui tēpore. cognouit ſe matrona beate marie magdalene precibus cōcepiſſe. & gauiſi ſūt vniūſi.

## ¶ XCVI ¶ Qualiter idē dux hieruſolomaꝫ & loca ſancta viſitauit.

COnſequēter aūt vir itineri ſuo diſponere cepit. vt expiri poſſꝫ ſi veꝝ eēt quod beata maria magdalēa ꝯ hieſu chriſto domīo noſtro predicauit. Quod cū attēderet matrōa. dixit ei. Putas ne dn̄e mi ſine me quoqꝫ proficiſci? Abſit. Te recedēte recedā. te veniēte veniā. te quieſcēte quieſcā. Cui vir iuſſit vt domi remanens curā poſeſſionibus īpēderet. addēs etiā quia cū imbecillis eēt. & grauida. ꝯ facili ꝑiculū maris incurrere poſſet. Et contra mulier anxia inſtitit. et feminео more nitēs in vetitū pedibus illiꝰ prouoluta cū lacrimis tandem obtinuit. Veniētes igitur ad mariā magdalenā. terras et poſſeſſiones ſuas eius tutele cōmiſerunt. Maria vero ſigna ſancte crucis eoꝝ humeris īpoſuit. Proinde ne callidus ille tēptator iter quod cepant poſſꝫ diuertē. ſufficiēter illos edocēs. ꝙ duce petro apoſtoloꝝ principe. oīa q̄ ꝑdixerat eis ꝯ domino hieſu, in noticiā cederent. ſic qꝫ illi pleriſqꝫ gerulis et auro et argēto. ac veſtimētoꝝ mutatorijs onerati nauē ingreſſi ſunt. et naute carbaſa vētis exponunt. Orta vero in mari tēpeſtate. oībus in anguſtia conſtitutis. matrona ībecillis et grauida intantū aggrauata ē. ꝙ partus ſui tēpora explē. et inē dolores vētris atqꝫ ꝑſſuras expirare coacta ē. Puerulꝰ itaqꝫ palpitabat. et māmaꝝ matris ſolacia querēs lamētabiles vagitus edbat. Prochdolor et natꝰ ē infans viuꝰ et matricida effectus ē. et eū mori conuēit. cū qui alimēta vite tribuat non ſit. ad hoc etiā clamabant naute procella ſeuiēte. Eijciatꝰ corpꝰ anq̄ā moriamur Nunqꝫ .n. quaſſatō ceſſabit. ꝙdiu intus fuerit. eo ꝙ mare nichil intra ſe ſuſtinꝫ quod mortuū ſit. cūqꝫ vellēt corpꝰ eijcē. parcite inquit ꝑegrinꝰ parcite. et ſi nec matri adhuc tepide. nec michi parcē uolueritis. miſeremini ſalteꝫ puerulī vagientis. Inhumanū eſt .n. corpꝰ ſemiuiuū fluctibus inicē et abſonū in tā tenero puerulo tā ſubitū homicidiū ꝑpetrare. ſinite inquit modicū et ſuſtinete. ſi forſan ꝑ anguſtijs in extaſi poſita poſſit adhuc reſpirare. Dixit. et ecce procul a naui quidā collis ei apparuit. Quo uiſo ait. ſinite pauliſper naute. et quātuꝫ voluītis pecunie corpus cū puerulo ad collē iſtuꝫ ꝯducite. vt ibi ſaltē poſſit tumulari. Itaqꝫ naute auidi pecunie petitioni eius paruē. Educta qꝫ ſcapha corpus cū puero illuc ꝯlatū ē Et cū ꝑ loci duricia foueaꝫ nequiuiſſet effodē. in ſecretiori parte collis ſuppoſita clamide corpꝰ collocauit. et puerulū māmis eius apponens effuſis lacrimis ait. O maria magdalene cur ad ꝑditionis mee tumulum portibus marſilie applicuiſti Nunquid perijſti dū

vt vxoꝛ mea concipet. hac ꝺ cauſa vt conceptū ꝑi-
ret. Ecce periȷt concipiēs. piȷt & conceptū. qꝛ na-
tū ē vt ꝑeat cū non ſit qui enutriat. Sꝫ ecce quod
ꝓce tua obtinui tibi deo qꝫ tuo cōmēdo. cui oīa
mea cōmēdaui. His dictis clāide ſua coꝛpus, cum
puero circūquaqꝫ opuit. ac ꝑ ſcaphā ad nauē rediit

¶ XCVII. ¶ Qualiť in regreſſu pueꝝ ſuū mira-
culoſe nutritū īuēit.

TVnc aūt naute rēis incūbunt. & iter ince-
ptū arripiūt. Et cū īpellēte vēto gratio-
re nauis optato poꝛtui applicuiſſet. dato
naulo ꝑegrinus egreſſus ē. Emerſo qꝫ aliquot die-
rū itinē obuiauit ei beatus petrus apoſtolus. Qui
ſciſcitans ꝑegrinū qua ꝺ cauſa illuc veniſſꝫ. viſo ſi-
gno crucis hūeris eiꝰ affixo gauiſus ē. Nouit eniꝫ
ꝙ in partibus vnde venerat vbuꝫ dei ꝓdicatū eſt.
Cui ꝑegrinus totū diligenť explicuit quod ſibi tā
in terra ꝙ in mari accidꝛat. & cuiꝰ hoꝛtamine qua
ꝺ cauſa illuc uenerat. Quo audito petrꝰ ait. Pax
tibi frater bn̄ veniſti. vtili conſilio credidiſti. per-
ſeuera in bono & bn̄ erit tibi. Nec moleſte feras ſi
vxoꝛ tua doꝛmiat. ſi puerulꝰ cū ea quieſcat. potēs
ē.n. dominus cui vult dona dare. data auferre. ab-
lata reſtituē. & meroꝛē tuū in gaudiū conuertere
Ego ſū petrus. ero qꝫ dux & cōes tuus. Tunc in-
troduxit eū hieruſolimis vbi paſſus & moꝛtuꝰ. ac
ſepultus fuerat dominꝰ. & ad alia plura loca du-
xit cū. oſtendēs ei virtutes ac prodigia q̄ fecit ī cō-
ſpectu diſcipuloꝝ dn̄ꝰ hieſus. ſic euolutis bienniȷ
vl' ampliois tēpoꝛis curriculis. tandē ille accepta be-
ti petri licētia repatriare curauit. Vt aūt nauē aſcē-
dit deo diſponēte nautis velificātibus ad collē vbi
coꝛpꝰ mulieris cū puero collocauerat ꝑuēit. quē
cū vidiſſꝫ ꝺdit ꝓciū nautis vt curſū ſiſtēnt. illuc qꝫ
illū ꝺferrēt. Quo facto vt applicare debuit. pueꝝ
qui moꝛe ſolito ſecus litus luſū veňat. arēa inuolu-
tū lapillulos conchis immiſcentē vidit. & quidnaꝫ
eſſꝫ admirari non ꝺſinēs ſcapha exiluit. Quē cum
attēderet puerulꝰ qui nunꝗ tale quid viderat ex-
pauit. Et moꝛe catulino palmulis officio pedū fū-
gētibꝰ. ad ſolita matris vbera recurrit. ac ſub cla-
mide occulte latitauit. Tunc ꝑegrinus vt aptius
videt quid eēt acceſſit. & puerulū ſtature pulcri-
me viuū. papillaſqꝫ matris ſugentē inuēit. pānoſ-
qꝫ quos ſuppoſuerat coꝛpori adō recētes atqꝫ fra-
grātes. ac ſi in pertica. vl' in archa ex die qua ibi fu-
erant poſiti diligēter fuiſſēt collocati. Conſidera-
uit etiā ita odoꝝ & ita coloꝛatū coꝛpꝰ matrone. ſi-
cut fuerat cū vegetareť ſpiraculo vite. Quo viſo
gauiſꝰ ē. & procidēs in terrā gratias egit domino
hieſu chriſto & beate marie magdalene cuiꝰ meri-
tis ac ꝓcibꝰ talia ſibi nouerat contigiſſe.

¶ XCVIII. ¶ Qualiter etiaꝫ vxoꝛeꝫ
defunctam ꝑ beatā mariam magdalenā recupauit

ET accipiēs ipe puerum ait. O beata maria
magdalēa ꝯpletus eēm. ꝙ ꝓſpe michi cun-
cta eueniſſēt. ſi mulier reſpirarꝫ. ſi mecuꝫ
repatriare valēt. Equidē ſcio. quia tu q̄ pueꝝ de-
diſti. & in hac nocte ꝑ bienniū pauiſti. matrē quoqꝫ
poteris reſtituē priſtie ſanitati. Ad hec reſpirauit
& quaſi a ſomno euigilās ait. Magni es meriti be-
ata & glorioſa maria magdalēa q̄ in partꝰ mei ꝓſ-
ſuris īpleſti obſtitricis officiū. & in oībꝰ neceſſi-
tatibꝰ meis intuitu pietatis ancille expleuiſti ſerui-
tiū. Quo audito admirans ꝑegriꝰ ait. viuis ne mu-
lier dilecta. cui illa. viuo ait eqdē viuo. & nūc de
ꝑegrinatōne ꝺ qua & tu veniſti uēio. Et ſicut bea-
tū petrū apoſtolū ducē & comitē oībus locis ha-
buiſti. ſic & ego vna vobiſcū cū beata maria mag-
dalēa duce & comite vbiqꝫ fui. ſingula qꝫ ꝓſpexi.
& conſpecta mēoꝛie cōmēdaui. Et incipiēs omnia
loca et miracula q̄ vir ꝑagrarat et vidꝛat adō pla-
ne et euolute explicuit. ꝙ nec in vno articulo dui-
auit. Quid plura. Peregrinꝰ recepta coniuge ſua
ſana et incolumi cū puero nauē letꝰ conſcēdit. et
nautis omnibꝰ qui aderant cūcta q̄ ſibi cōtigerāt
enucleauit. Paulopoſt marſilie poꝛtui applicuerūt.
Et ingreſſi beatā mariā magdalēam cū diſcipul' ſu-
is magne gētiū multitudini ꝓdicantē inuenerūt. ac
pedibꝰ ſuis prouoluti dixerūt. O beata maria mag-
dalēa magnus ē ille quē in terris ꝓdicas dꝰs tuus.
credimꝰ et confitemur ꝙ ꝓter ipſū non ē aliꝰ dꝰs.
Ecce nos et omnia noſtra in manu tua ſumꝰ. fiat
ꝺ omnibꝰ ſicut vis. Et narrantes aſtantibꝰ omnia
q̄ ſibi acciderant. a beato maximino baptizati ſūt.
Sic qꝫ ydoloꝝ edificia diruētes. in nomine domini
hieſu chriſti eccleſias ſtatuerūt. ¶ Ex geſtis
ſancte marthe. ¶ Tunc territoꝛiū aquēſe ade-
ūt et ieiuniȷs ac ꝓcibꝰ inſiſtētes. populū incredulū
miraculoꝝ ſignis et ꝓdicatōnibꝰ ad fidē chriſti cō-
uerterūt. Dominꝰ aūt dedit ſancte marthe ſuper
egros ſanitatis gratiā. et diuine ꝓdicatōnis facun-
diā. Predicantibꝰ ergo beato maximino et martha
et maria. maxima pars populoꝛum ad chriſtum cō-
uerſa ē.

¶ XCIX. ¶ De dracōe quē martha ligauit. et po-
pulꝰ occidit.

ERat tūc ſup rodanū iter arelatē et auigni-
onē ingēs draco. cuius prime partes vſqꝫ
ad mediū animalis foꝛmā pretēdebant. re-
liqua coꝛpoꝛis in piſcē deſinebāt. Hic mltos trāſe-
ūtes et ſupuēiētes occidebat. aſinos etiā et equos
ꝑimebat. Naues quoqꝫ q̄ ꝑ rodanū tranſibant ſub-
ūtebat. vēiebant igiť ſepe magni popli cū armis.
nec illū ꝑimē valebant. quoniā proiectꝰ a nēoꝛe ī
flumine latebat. Erat groſſioꝛ boue. longioꝛ equo.
ſꝫ et caput habebat leoninū. dētes vt gladiꝰ acutꝰ.
cōas eqnas. doꝛſū acutū vt dolabꝝ. ſquamas hir-
ſutas et vt tharabꝰ ſcindētes. ſenos pedꝭ. vngues
vrſinos. caudā vipereaꝫ. binis ꝑinis vtraqꝫ parte
muniebať. vnde nec iaculis. nec vllis quibꝰ impete-
bať armis cedebat. Tante fēbať foꝛtitudīs. vt. xiȷ.
leones. aut totidē vrſos īmanis belue crudelitate.
vl' equarꝫ vl' ſuparꝫ. Cū aūt eā incole regionis illi-
us aliqꝫtenꝰ euadē vl' ſupare nequiſſēt. fama ꝓco-
nizante audierūt virtutū inſignia, q̄ ꝑ beatam mar-
thaꝫ dominꝰ opabať. et feſtinato venerūt ad eam.
humiliť rogantes vt fines eoꝝ viſitarꝫ. & a ꝑnici-
oſo dracone qui nimis eos infeſtabat liberarꝫ. qui-
bꝰ ſancta cōpatiēs ad locū deſignatū de chriſti no-
minis virtute cōfidēs proficiſciť exterminārē ex-
minatura draconē. reppit eū in nēoꝛe cuiuſdaꝫ ho-
minis quē recēs occiderat incubantē. ꝓdam qꝫ ſuā
deuoꝛanteꝫ. tūc hoſpita chriſti nil ꝑterrita propiꝰ
acceſſit. et aſpſione ſacrate quā ſecū tulerat aq̄. ma-
lignā beſtiā ꝑfūdens. et ſignū ſancte crucis quam
ꝓfēbat obiȷciens draconeꝫ adeo reddidit īualidū
et ſtupidū. vt nec ualēt procedē. nec ſeuicie quicꝗ
exercē. Perſtitit itaqꝫ uictꝰ inſtar ouis nil uiriuꝫ
habens. et ſancta nil moꝛata proprio cingulo cun-
ctis admirantibꝰ eꝰ triūphū. quem cepat colliga-
uit. Qui protinꝰ ab omni poplo lanceis et lapidi-
bꝰ eſt obrutꝰ. Nūcupabať aūt ab incolis draco il-
le tharaſcurꝰ. unde locꝰ ille deinceps uocatus eſt

Jo

tharaſcurꝰ ·qui antea uocabaꝛ̄ verluc· id eſt· niger
lucꝰ· eo ꝙ ibi eſſēt condenſa & opaca.et nigra· E,
rat aūt draco de quo diximꝰ vt putabaꝛ̄ de genere
illiꝰ q̄ vocabaꝛ̄ in iob leuiathan ·et deſcēderat per
mare de galacia aſie ·generatus a leuiathan· qui ē
ſerpēs aquoſꝰ et ferociſſimus· et a bonacho anima,
li Bonachuꝫ em̄ animal galacie gignit regio·quod
ſtercore feruēte et urente ſuos īſectatores ſubmo,
uꝫ·quod ꝑ ſpacium iugeris uelut ſpiculū dirigit·
et quidquid tetigerit uelut incendium urit·

¶ C ¶ De auſteritate vite illiꝰ·

P Oſtea multis petitōibꝰ nobiliū & popu,
lariū eiuſdē patrie tandē acquieſcēs ex
volūtate magiſtri ſui ſancti maximini ·
& licētia ſororis ſue marie magdalene beata mar=
tha remanſit in ſacris orationibus & vigilijs/ꝙ
diu vixit ibidē ꝑſiſtēs ·quot labores· quot anguſti,
as· quot egritudines·quantas ꝑſecutiones·quantā
famis inediā ibi ſuſtinuerit· quis valeat explicare:
Nam in primis·vii·annis glandibꝰ & radicibꝰ.her,
biſ qꝫ crudis & pomis ſilueſtribus corpuſculū ſu=
ſtētans potiꝰ ꝙ reficiēs victitauit· Poſtea coadu,
nato fratꝝ & ſororꝝ conuētu· & edificata in hono,
re domini noſtri ihesu chriſti· & beate marie ſemꝑ
virginis maxima baſilica.ſatis inibi durā & auſte=
rā duxit vitā· Hiemis tēpore pellicia contegebaꝛ̄
ouina ſubiecto vili palliolo·in eſtate tūica & bir,
ro induebaꝛ̄ ·cilicio ad carnē ex more cohēnte· nu=
dis pedibꝰ incedēs.albā ex pilis cameloꝝ mitrā ca,
piti ſupponēs·cingulo nodoſo de ſetis equinis fa=
cto aluū intantū coartans· vt vmes ex corrupta
& putrefacta carne fluerēt·Extēſis ſolo ramis ar=
boreis aut viteis·lapide pro ceruicali capiti ſuper,
poſito ſubiecto·ſacco cilicino tantū incumbebat·
Nunꝙ a p̄cibꝰ & obſecrationibꝰ vacās· Bonis ita,
qꝫ ſemꝑ opibus occupata & hoſpitalitate· quaꝫ a,
pud bethaniā ſpecialiꝛ̄ exercuerat· dō & omnibus
ītm̄ placuit· vt mlta populoꝝ milia ꝑ eꝰ laudabilē
p̄dicationē & ſanctā conūſationē qua mirabil' om
nibꝰ apparebat ·fidē chriſtiane religiōis ſuſcipēnt·
& baptiſmi ſacri gratiā conſequenꝛ̄·

¶· CI· ¶ De ſuſcitatōne iuuenis· & conūſio,
ne aq̄ in vinū·

I Die cū apud auignionē añ fores vrbanas
in quodā loco ameno inter fluuiū rodani
egregia chriſti diſcipula ſanarꝫ egros ſi=
bi oblatos & p̄dicarꝫ·ecce iuuēis qui erat vlt̄ flu=
mē vidit circa gētiū catuas ſanctam auſcultantes
Et animatꝰ eā vidē & audire nauigio carēs fluuiū
tranſmeare cupiēs· natare nudatꝰ cepit· Qui cū iā
mediū tenuiſſꝫ aluei·ſubito veloci curſu ferociſſi,
mi fluminis incepꝰ ſubmergiꝛ̄.rapꝰ in profūdū
Quid plura· concurrūt multi nec ſuccurrūt Et to,
ta die ille cū a ciuibꝰ cū nauibꝰ quereꝛ̄ nec repieꝛ̄.
ſeq̄nti die circa nonā inuētuꝫ exanimati iuuēis cor,
pꝰ añ pedēs beate marthe cū luctu exponiꝛ̄ ¶ Mox
famula chriſti corde compūcta ſuꝑ his admonuit
populū· vt ſolo proſtratꝰ dūm exorarꝫ· quatenus
omīpotēti virtute ſua puerū a mortuis dignareꝛ̄
excitare.ſꝫ & ipſa iuxta d̄functū in modū crucis
ī oratōne proſterniꝛ̄ d̄p̄cans ac dicēs. Adonai ihū
chriſte qui tua ſancta ineſtimabili clemēcia fratreꝫ
meū lazarꝝ dilectū tuū olim a mortuis ſuſcitaſti ·
qui tenes claues mortis & vite. qui morti impas.
& a facie tua fugit. qui mortuos reuocas ad vitā.
reſpice benigniſſime domine ad precē & ſupplica,
tionē ancille tue & circūſtantiū· & animā ī hoc iu,
uēile reūti iubeas cadaū.quatēꝰ preſētes & futuri
vidētes et audiētes magnalia tua ꝑfecto cord̄ cre,
dant in te· te qꝫ ſaluatorē ſuū ſequanꝛ̄· hac oratio,
ne cōpleta.famula chriſti d̄ terra conſurgēs pueri
manū apprehēdit et dixit In nomine domini ihesu
chriſti o iuuēis a morte qua detineris viuus aſſur,
ge· ſtatī qꝫ puer ſanꝰ et incolumis ſurrexit· et bap,
tiſmatis donū in nomine ſancte trinitatis conſecu,
tus ē· Eodē tēpore maximinꝰ aq̄nſis epiſcopus.et
trophimꝰ arelatēſis. et eutropiꝰ auraſicenſis· tres
iſti religioſi ſacerdotes domini viſitationis cauſa
cōmoniti.ſic tam̄ vt alterꝝ ſeſe ignorarēt ad eā ve,
nerūt·et ſanctis eiꝰ petitionibꝰ annuētes·eccleſiā
quā in nomine ihesu chriſti·eiꝰ qꝫ genitricis hono,
re conſtruxerat· xvj·kl'· ianuarij deuotiſſime cōſe,
crauerūt. Completa ſancte dedicationis vt ſolen,
ne ē conſecratione· ventū ē ad refectionis horam.
ſꝫ īnꝛ̄ prandēdū vinū defecit· ad quorꝝ p̄ſentiam di,
uina virtꝰ aquā ī vinū ḋūtit·

¶ CII ¶ De ouerſatione marie magdalene ī deſ,
to· ¶ Ex geſtis eiꝰ·

I Ntēa ſancta maria magdalēa cū diutius
verbū domini p̄dicaſſꝫ· maxime qꝫ cū ad
eiꝰ noticiā ꝑueniſſꝫ· ꝙ apoſtolꝰ mulieres
in eccleſiis tacē p̄cepiſſꝫ· contēplationi artiꝰ vaca,
re deſiderans· monēte domino ad hēmū aſprimum
ſe contulit· et in loco angelicis manibꝰ ſibi p̄para,
to ꝑ·xx·ānos om̄ibꝰ hominibus incognita· et celeſti,
bꝰ tātū fomitis refecta.in dei laudibꝰ et oratiōibꝰ
ꝑmanſit· Erat aūt ſpelūca in qua manebat ſuꝑ cu,
iuſdā aſprimi montis radices· cui nec aquarꝫ fluen,
ta· nec herbarꝝ vel arborꝝ ſolaciū erat· vt ꝑ hoc ꝗri,
ſtꝰ oſtēderꝫ· ꝙ dilectricē ſuā non terenis· ſꝫ celeſti,
bꝰ epulis ſatiarꝫ· In hac igiꝛ̄ cripta ꝑmanēs quaqꝫ
die ſepties canonicis horis angeloꝝ māibꝰ in ethe,
ra leuabatur· et celeſtiū agminū concētus dulciſſi,
mos etiā corporeis auribꝰ audiebat· hiſ qꝫ ſuauiſ,
ſimis dapibꝰ ſatiata ꝑ manus itidē angelicas ad
eundē reuocata locellū. in dei laudibus ꝑſiſtens ·
corporeis alimētis nō indigebat· Sacerdos quidaꝫ
religioſus ſingulis annis q̄dragesimā in ſolitudie
ꝑficiebat. ymniſ qꝫ et orationibus in multa corpo,
ris abſtinētia vacabat· hic ad ·xij· ſtadia p̄fate ſpe,
lunce, vicinā ſibi cellā iuxta fontē cōſtruxerat· mi,
raculū prorſus ignorās· quod de beata dilecta ſua
dominus faciebat· Quadam v̄o die dominus ocu,
los eiꝰ aperuit· vidit qꝫ q̄liter āgeli deſcendentes
ſuꝑ locū ī quo beata morabatur conſiſtebāt· et eaꝫ
in ſublīe eleuātes· poſt hore ſpaciū ad eundē locū
cū diuinis laudibus reuocabāt· Verū quia longiꝰ
diſtabat quid āgeli ferrēt et referrēt ſcire non po,
terat· Tunc cepit orationibus inſiſtē· et vt ſibi tā,
te viſionis veritas plenius īnoteſcēt· dei clemētiaꝫ
cū lacrimis cepit īuocare· Māe aūt ſeq̄ntis diei au,
daci deuotione ad locum ꝓꝑabat· cunqꝫ ad vni,
us iactum lapidis appropiquarꝫ· ceperunt ei cru,
ra cum pedibus hebeſcē· et timore valido eiꝰ p̄cor,
dia āhelare· cunqꝫ retro redirꝫ vſum ambulādi cru,
ra cum pedibus p̄bebāt· Et ſi ūſo tramite ad locuꝫ
p̄cedē conaretur· lāguor corporis eum et hebetu,
do prohibebat· Tunc ītelligēs illic ſecretum eē ce,
leſte miſteriū ſtetit· et inuocato ſaluatoris nomie
clamauit Adiuro te ꝑ deum viuum· vt ſi homo eſ
vl' racionalis creatura q̄ in illa ſpelunca habitas·
michi continuo reſpondas.et ſtatus tui mihi veri,
tatē coīſſas· hāc adiuratione· iii' repetita.illico be,
ata d̄ ſpelunca reſpondens.eum propius accedere

fecit ei q̃ꝫ mariã illã in euãgelio famoſiſſimã pecca
tricẽ ſe eẽ dixit· facti q̃ꝫ ſui hiſtoriã quã q̃ſierat ei
explicauit· Et addidit. quia a domino meo michi ẽ
reuelatũ ꝙ inẽ homĩes ꝺ hoc ſeculo migratura ſũ.
rogo vt beatũ maximinũ mox adẽas· & om̃ia que
videris vl' audieris ex ordine illi nunciare ſtuꝺas.
Proximo igiẽ die paſce tẽpore matutinoꝝ oratori
um ſuũ quod ipẽ ſibi conſtruxit ſolus ingrediatur.
& me in ꝺi laudib⁹ illuc ſubuectã ꝑ angelicũ mini
ſteriũ inueñiet pſiſtentẽ.

CIII. De tranſitu eiuſdẽ & ſepulcro.

Sacerdos itaq̃ꝫ neminẽ prorſus videns· au=
diebat vocẽ talia reſonantẽ· & angelũ po
ti⁹ audire videbaẽ ꝙ hoiẽm· Cũq̃ꝫ plura
loquẽs & interrogãs nullũ vlteri⁹ reſponſũ acci=
pe poſſꝫ· mox beatũ maximinũ adijt· ei q̃ꝫ om̃ia ex
ordine nunciauit. Qui ꝺo gratias im̃ſas agens·
añ illuceſcentẽ dominice reſurrectionis auroram·
oratoriũ ſuũ ingreſſ⁹· vidit beatã mariã in choro
angeloꝝ qui euꝫ adduxerant adhuc aſtantẽ tanto
ſplẽdore circũdatã· vt totũꝫ oratoriũ lux luce diei
clarior illuſtrarꝫ· cunq̃ꝫ vir ꝺi circa ianuã ſubſiſte=
ret· vidit choꝝ angelicũ aſcẽdẽ· & illã ĩ medio ſtã
tẽ expanſis manibus orare· ſic eleuatũ in aera· vt
duo cubiti inẽ terrã & ei⁹ corpuſculũ intereẽ viꝺ
rẽtur· cunq̃ꝫ propius accedẽ trepidarꝫ· illa cuius
vult⁹ ex continua viſione angeloꝝ vltra radios ſo
lis radiabat· lẽiter eũ vocauit· & ſacerdotes. om̃eꝫ
q̃ꝫ cleꝝ conuocare rogauit. Quibus preſẽtib⁹· cor
pus & ſanguinẽ domini ab antiſtite porrectũ cuꝫ
maxima lacrimaꝝ inundatione ſuſcepit· & omnes
circũſtantes attẽtius orare cõmouit. Deinꝺ toto
corpuſculo añ crepidinẽ altaris proſtrato· ſancta
illa anima ipſo die reſurrectionis ad dominũ mi=
grauit. Alibi ṽo legiẽ tranſiſſe· xi. kl' auguſti. Qꝺ
iꝺo forte diciẽ· quia tunc ei⁹ ꝺẽ trãſitus mẽoria ce=
lebrãẽ· vl' forcaſſe dies reſurrectionis ſiue paſche
poteſt hic accipi gñaliter pro dominica die. P⁹ e⁹
exitũ tante ſuauitatis odor efferbuit· vt ꝑ· vii· fe=
re dies ſeq̃ntes· ab ingrediẽtibus oratoriũ ſẽtireẽ.
cuius facꝝ corpus beatus maximinus aſſumẽs· di
ũſis conditũ arõatib⁹ ĩ honorifico collocauit man
ſeolo· conſtruẽs ſuꝑ ea mẽbra beata mirabil' archi
tecture baſilicã. Monſtraẽ aũt ſepulcꝝ eius ex can
dido marmore· habẽs & ſculptũ ĩ ipõ qualiter ad
dominũ ĩ domũ ſimonis venerit· & officiũ hũilita
tis vnguẽti q̃ꝫ ei inter conuiuãtes flere non erube
ſcẽs obtulerit. CIIII.

De aĩa ei⁹ quã vidit martha.

Mandauat aũt maria ꝑ beatũ maximinum
marthe ſorori ſue· quoniã eã ĩ proxĩo vi
ſitarꝫ. Quod quidẽ promiſſũ nõ ſupſtes ĩ
corpore· ſꝫ iã defuncta cõpleuit. Euoluto poſtea
breui ſpacio· beatus fronto petragoricẽſis· & ſan
ct⁹ georgius velliacẽſis. ille ſcꝫ qui mortuus fuẽat
& ſuixit· a proprijs locis & ſedibus. ciuibus eorũ
p̃dicationẽ ſſpuẽtibus· tunc eiecti· ad eiuſdẽ mar=
the p̃ſidiũ cũ acceſſiſſẽt· & ꝑ aliquot dies cum ea
morarẽtur. ei⁹ p̃cibus ꝺo fuſis ṙconciliati ſunt ci
uib⁹ ſuis. Illa aũt ſanctũ frontonẽ ſecretius allo
quẽs· habito cũ eo ꝺ quibus voluit· & ĩ quibus ex
ceſſiſſe ſe meminerat confeſſionis ſacramẽto· tranſi
tus ſui diẽ iminẽ nichilomi⁹ eidẽ p̃dixit. Sanctus
aũt p̃ſul ei ſeſe promiſit affuturꝝ ad euocatõis ei⁹
diẽ· ſi ſic placẽt diuine ordĩationi. Ipã itaq̃ꝫ beata
martha cuꝫ hoſpiti ſuo chriſto ꝑ om̃ia placẽt· ille
meritoꝝ ei ſtipẽdia reddẽ volẽs· innotuit ei ſpacĩ
vnius anni añ diẽ ſui exitus iminẽ· cunq̃ꝫ ꝑ totuꝫ
fere annũ febrib⁹ agitaretur· añ diẽ octauũ ſue re
ſolutionis· ãgelicos choros ſororis ſue marie mag
dalene migrantis animã fẽntes ĩ celũ audiuit. Qꝺ
om̃i conuẽtui ſuo ſtatĩ patefecit dicẽs· cõgratule
mur om̃s ĩ domino gratias agẽtes dignatõni diui
ne· quia marie ſororis mee animã ꝑ angelicũ miſte
riũ ad pollicitas ſeꝺs tranſtulit. Recordare auteꝫ
dulciſſĩa ſoror ꝓmiſſionis tue· qua te ſpopõdiſti
me viſitaturã· & viuas ineťnũ cũ vero domĩo iħu
chriſto· ſꝫ nõ fefellit maria marthã. Nã poſt octa
uũ diẽ vt ita dicã ſecũ ad paradiſi felicitatẽ attra
xit eaꝫ. Siquidẽ octaua die a tranſitu beate marie.
martha cepit plus ſolito grauari lãguore. lecto q̃ꝫ
procũbẽs· fratres & ſorores ꝺ ſancta religione cri
ſtiane profeſſiõis tenẽda cõmonefaciẽs & hortãs·
corã ipſis res eccleſie diſponẽs & aſſignãs· & vt
ſecũ ꝑuigilarẽt vſq̃ꝫ ad exitus horã p̃cib⁹ & orati
onibus inſiſtẽtes obſecrans· ſicut & fecerunt. Et
poſt collocutiõis ũba· domĩci ſacramẽti cõmuniõe
ſeſe muniuit. CV.

De felici ei⁹ tranſitu.

Nocte ũo media añ trãſit⁹ ſui horã· ſomno
ꝺp̃ſſis fratribus. & illis qui circa illaꝫ ex
cubabant cũ luminaribus p̃ſonis· turbo
vehemẽs excitat⁹ ab eo qui ſanctis om̃ibus inuidꝫ
hoſte maligno violẽter actus· vii cẽos non modi
cos. & tres lãpades extinxit. Illico famula chriſti
turbã terribilẽ ſpirituũ malignoꝝ añ ſe cernẽs ora
re cepit. Mi paẽ inquit· heli mi hoſpes cariſſĩe· cõ
gregati ſũt ad deuorandũ me ſeductores mei. ſcri
pta tenẽtes maloꝝ q̃ geſſi· vociferantes & dicen
tes· deus dẽliquit eã· p̃ſequimini & cõphẽdite eaꝫ.
quia nõ ẽ qui liberꝫ eaꝫ· heli ne elõgeris a me· heli
in adiutoriuꝫ meũ intẽde· delicta iuuẽtutis mee et
ignorantias meas ne memineris adonai. Ad cuius
ſonitũ vocis qui dormiebant excutiuntur ſomno·
volẽteſ q̃ꝫ luminaria q̃ miniſtrabantur extĩcta rur
ſus accẽdẽ· dũ de domo tranſeunt ad domũ proxi
miorẽ· & inde ad remotiorẽ ignẽ petituri· moraſ
q̃ꝫ faciunt in eundo· vidit beata martha ſororẽ ſũ
aꝫ mariaꝫ magdalenã occurrentẽ ſibi facẽ igneã ma
nu tenẽtẽ· ex qua omnes lãpaꝺs & cerei mox accẽ
diẽ. Et dũ altera ꝓprio noĩe uocarꝫ alteraꝫ· ecce
dominus hieſus chriſtus adeſt ille qui nuſꝙ abeſt
dicẽs. Vẽi dilecta quondaꝫ hoſpita mea. Nunc te
ꝺ carnis ergaſtulo transferaꝫ ad celi palaciũ· vt ibi
cũ ſanctis gauꝺas eternaliter. nõ ſicut hoſpita vl'
aduẽa. ſꝫ ſicut domeſtica fiꝺi· ſicut cõciuis ſancto
rũ. Sollicite michi meiſ q̃ꝫ miniſtraſti in terris· ho
ſpicõ me ſuſcepiſti & refeciſti. Reddaꝫ tibi pro tẽ
porali miniſtratõne modo omnẽ excedentẽ beati
tudinẽ· vt vbi ego ſũ illic ſis mecum q̃ michi mini
ſtraſti· q̃ ſecuta es me. Conſolatiõis vero gratiaꝫ
quaꝫ tibi dederaꝫ· ad eorũ ſalutẽ quos erudieras·
nec auferaꝫ a te nec ĩminuaꝫ· quin potius multipli
cabo· deuote q̃ꝫ veniẽtes ad ſepulcrũ tuũ amore
tui clemẽter exaudiaꝫ· iuſtiſ q̃ꝫ eorũ petitõnib⁹ ef
fectuꝫ tribuẽs· expecta nunc modicuꝫ· quoniaꝫ in
ꝓximo vẽies ad me. Intẽa reũtentibus qui ꝓ lumi
naribus accendendis egreſſi fuerant· erat miracu
lũ videẽ lucernas quas extinctas reliq̃rant ſuccen
ſas iueniſſe· mirantib⁹ q̃ꝫ cũctis. & qualiter id ac
cidiſſꝫ inter ſe conferẽtibus· ſancta dei pandit or
dinem rei (quos ſanctioris vite cognouerat) fra
tribus· diuinaꝫ patefaciens viſitatõnem. Tunc de
ferri ſe p̃cepit retro baſilicam ſub arbore quadam

Jo

& ſubſterni ſibi cinerē ſparſim iſtar crucis cū pau
cis paleis. Et recubans cilicio ſancte crucis lignū
ꝑ oculis habēs. horā exitus intēta celo preſtolaba
tur. Cunctis itaqꝫ circūſtantibus ſanctis oratiōi-
bus occupatis. dominicā paſſionē ꝑcepit recitari.
quā hebraice ſcriptā d̄ partibus hieruſolomitanis
ſecū attulerat. Qua ſecundo ꝑlecta. lectore pater
in manus tuas cōmēdo ſpiritū meū euangelica nā
ratione proſeqnte. chriſti famula in domino dormi-
uit. vij kl'. ianuarij. vi. feria. hora diei ix. pacto e-
tatis anno. lxx. ¶ CVI.

¶ De glorioſis eiꝰ dē exeqjs.

QVius exequias cū omni d̄uotione procu
rauerūt ipſius comites & alumni viri re
ligioſi ſcꝫ atqꝫ fāoſi domeſtici eius eudo-
chius. & ſinthex. & germanus. & ephazas. & ſoſte
nes pauli diſcipuli. & trophimi cōites. & parme-
nas qui fuit vnus ex. vij. diaconibus eccleſie ꝑmi
tiue. ſꝫ & martilla beate marthe pediſſequa. quaꝫ
d̄ fonte ſancto ſuſcepat. mulier ſcꝫ illa q̄ extollens
vocē d̄ turba dixerat ad dominū hieſū. Beatus vē
ter qui te portauit. & vbera q̄ ſuxiſti. Iſti cū mul-
tis alijs qui cognito tranſitu ſancte femine ſuper
uenerant. cū ibi triduo cū cereis & luminaribus
ꝑſtitiſſēt. die dominica dū eius corpori funeris ob-
ſequiū prebē vellēt. & alij pſalmis. alij lamētis in-
tēderent. ecce hora tercia apud petragoricas ſacra
rū miſſarū ſolēnia celebranti. iā lecta epiſtola ī ca
thedra añ altare dormitanti. in eccleſia ſua bt̄o frō
toni epiſcopo apparuit dominus dicēs ei. Dilecte
mi fronto ſi vis implē q̄ hoſpite noſtre marthe pol
licitus es. vēi feſtinant ad eius exequias cōplēdas
& ſequē me. Quo dicto momētaneo raptu thara
ſconē ābo tranſuecti. diue hoſpite ingreſſi baſilicā
cū alijs circa ſanctū corpus pſallētibus pſallē ce
perunt. & totū obſequiū tenētes in manibus codi
ces a principio vſqꝫ ad finē. alijs reſpondētibꝰ &
ſuccinētibus ꝑegerunt. & ābo ſancte mulieris gle
bā baiulantes in ſepulcro d̄poſuerūt. Dū hec agū
tur. ecce diaconꝰ petragoricēſis eccleſie finitis cā
tibus clericoꝝ ad pronunciandū euangeliū paratꝰ
ſanctū antiſtitē quē in cathedra proſpicit. dormi
tantē pulſat. bn̄dictionē ab eo legēdi petens Sꝫ
ſanctus adhuc ſomno depreſſus nullū dat reſpon
ſū. mirantibus cunctis cur ſanctus epiſcopus tā
tas moras facēt. iterata vice pulſans. tandē quaſi
dulci ſomno euigilans ait. O fratres quid egiſtis.
quid me ſic excitaſtis. Res mira nobis accidit. quā
veſtre dilectioni confiteor. dominus noſter hieſus
chriſtus ꝑduxit me d̄ preſēti loco ad exequias ho
ſpite ſue marthe. quaꝫ & ſepulture tradidimus. ſi
cut illi viuēti quondaꝫ promiſimus. Et vt me ſā
cte mulieris exequiis interfuiſſe cognoſcatis. mit
tite q̄ afferāt anulū aureū. & cirotecas. & criſeas.
quas dū ad d̄ponendū in ſepulcro ſanctuꝫ corpu
ſculū me coaptarē. illius eccleſie ſacriſte cōmēda
ui. Sꝫ dū exirē d̄ eccleſia. nec anulū. nec cirotecas
obliuione ꝑuētus ab eo cui cōmiſerā repetij. nec
recepi vobis excitantibus euigilans. Miſſi ſine di
latione nuncii. ſicut ſanctus ꝑdixerat rē acciddiſſe
ſeriatī cognouerunt. & anulū. & vnaꝫ d̄ cirotecis
attulerunt. Nam alteraꝫ ſecretarius ob teſtimoni
um tante rei tenuit. Refēbat btūs fronto fratribꝰ
cū d̄ beate mulieris ſepultura facēt mentionē. Pꝰ
ꝗ̄ inquit eā ſepulcro condidimus. ab eccleſia iā ex
euntes nos inſecutus ē quidam frat eiuſdē loci lit
teratus. & interogauit dominū quis eſſꝫ. vl' vn̄. vel

quo nomine cenſētur. Cui ille nil reſpondēs. oſtē
dit codicē quē manu tenebat aptum. in quo nichil
aliud ſcriptū erat niſi v̄ſiculus iſte. In mēoria eter
na erit iuſta hoſpita mea. ab auditu malo non tie
bit in die nouiſſimo. cū vero codicē reuoluiſſꝫ. cun
ctis folijs idē reppit inſcriptū. Vnde ſatis patet
quia merito in mēoria etna angeloꝝ & hominū eſt
iuſta hoſpita chriſti. & ab auditu malo non time
bit. quando maledictione digni audient. diſcedite
a me maledicti. ¶ CVII.

¶ De loco ſepulcri & de cōitibꝰ eiꝰ.

QVanti vero bt̄a martha ſit meriti miracu
cula cōprobant. q̄ ſuꝑ infirmos tunc &
deinceps ad eius venerabile ſunt exhibita
ſepulcꝝ. Naꝫ vt de multis pauca referamus. clo
doueus qui primus de regibus francoꝝ & theutu
nicoꝝ ꝑ beati remigij predicationē chriſto credi
dit. & baptiſmi ſacramētuꝫ ſuſcepit. cū graui renū
vexaretur incōmodo. cōꝑto fama vulgante ꝙ qui
hꝰ cūqꝫ morbis comꝑſſi ſanarētur. ad famule chri
ſti manſeolū feſtinus eo ꝑrexit. & ſalutē ſe ibi rece
piſſe gauiſus. locū illū regia munificentia ditauit.
et terras et villas et caſtra ꝑ ābitū triū miliarioꝝ
ex vtraqꝫ ꝑte rodani ꝑ teſtamēti ꝯſcriptiōꝫ anulo
ſuo roboratā eidē loco delegauit. et eccleſiā locuꝫ
qꝫ ab omī ſubiectione laicalis et ſecularis poteſta
tis liberꝝ eē conſtituit. Idē aūt locus tante venera
tōnis & religionis ē habitꝰ. vt nō impune ferat ſi
quis aliquā ibidē violentiā aut iniuriā furti. ꝑiurij.
cōmaculationis illicite. rapine ſeu fraudis admiſe
rit. diuina protegēte defenſione locū qꝫ ſanctū cō
ſeruante. Martilla aūt. et ſinthex. et epaphras caſtiſ
ſimi et apoſtolici viri ſclauoniā ꝑrexerunt. Et pre
dicantes euangeliū chriſti. ꝑſeuerauerunt in bonis
opibus. Martilla v̄o poſt exceſſū bt̄e marthe. x. an
nis ſuꝑuixit. cuiꝰ vitā non paruo volumine hebra
ice conſcripſit. quaꝫ ego ſinthex multa ꝑtermittēs
latine tranſcripſi. Euchodiꝰ aūt et germanus. et ꝑ
mēas. et ſoſtenes beate marthe cōites et alūni quo
ad uixerant ad ſacratiſſimā eiꝰ ſepulturā ꝑuigilan
tes. ibidē bt̄o fine quieuerūt. ¶ CVIII.

¶ De ſacerdote bt̄e marie miracula nō credēte.

¶. Ex geſtis ſancte marie magdalene.

POſt trāſitū v̄o multis beata peccatrix cla
ruit miraculis. vnū vidimus q̄ndaꝫ ſacer
dotē ceſarauguſtanū paulū nomine. q̄ nō
ſolū beate marie magdalene ꝑcibus ſe commēdare.
ſꝫ etiā his omnibus q̄ de ipa veracit̄ refēbantur in
ſtinctu dyaboli fidē adhibē non poterat. hic itaqꝫ
cū quodā die ſuꝑ equum quē ſatis quietē habebat
pro ſuis negocijs equitarꝫ. more rapidi animalis
equꝰ ꝑ diuſa currē. inſanire. et ꝑ ſcopulos et acu
ta frutecta. foueas et dumeta. ſtagna et flumina.
et incognitas hominibꝰ ſemitas paruipenſis habe
nis et freno ſe et ſeſſorem ſuum abducē cepit. Sa
cerdos aūt in incerto v̄ſabat vtrum d̄ equo deſili
re. aut ſeſe ſuꝑ eum firmare debuiſſꝫ. cū vtrunqꝫ ſi
bi ꝑniciosum dubitabat. cum ſic iam de vita diffi
dens ducētur. recordatus eſt nō ſine beate marie
magdalene miſericordia et meritis. ꝙ relationes mi
raculorum eius nō credēt. et eis multotiens ꝑtina
citer obuiaſſꝫ. Ad cordis itaqꝫ ſui ſecreta conuer
ſꝰ. hec int̄ ſe flebiliter aiebat Mea culpa maria mag
dalēa mater miſēicordie. ꝙ tua ſācta miracula nō
credidi. ꝙ eis multotiens obuiaui. ſꝫ ſi ꝑcibꝰ tuis
domina mea cariſſima d̄ inſtanti exitō me indignū
famulū tuum liberaūis. magnalia que ꝑ te domiꝰ

operatur fideliter referā · & me ſanctiſſimo preſi-
dio tuo ſpeciali voto & deuotione cōmittam · Vix
adhuc verba cōpleuat · & equus ſanguineas ſpūas
reijciēs · plus ſolito cepit manſueſcē & oīa ꝑcipi-
cia & loca aſꝑa ad ſui voluntatē domini declina-
re · Mox ſacerdos deo & beate marie magdalene g̃-
tias agēs · ad iter quod ceꝑat redijt · Sʒ vix ꝑ vnaʒ
dietam repetiit · a quo ab hora prima diei vſqʒ ad
terciam equo precipitante diuerterat · hunc ad be-
ate dei dilectricis tumulū hec omnia cuʒ lacrimis
vidimus referentē · Et ſuꝑ his omnibus que in ipa
deliquerat cum ſūma cordis compunctione peni-
tenciam agentē · ¶ CIX ·

¶ De clerico deſꝑato ꝑ eam conſolato ·

Clericus quidam de flandria ſtephanus no-
mine claris ortus natalibꝰ · diuitijs locu-
plex · ſeculari etiam ſapientia ꝑditus · ab or-
dine ſuo apoſtitatꝰ · adeo in omniū viciorꝝ profun-
dum · & omniū iniquitatū inane precipiciū ſuaden-
te dyabolo ceciderat · vt nullius flagicij vel impie-
tatis aliquid ab humana fragilitate cōmitti potu-
iſſʒ · quod ipē vl' opere · vel conſenſu · vel promptiſ-
ſima voluntate non ꝑpetraſſʒ · hic ob innumerā ſu-
orū criminū multitudinē in deſꝑationis foueā mer-
ſus · facta omnia religioſa vel hoēſta · aut animarꝝ
ſaluti vtilia · tanꝗ͂ prophana prorſus abhominaba-
tur · Et ea non ſolū facē · ſed etiam audire ſcelus eē
putabat · Oīs delicias & illicitas voluptates cor-
poris curioſiſſime ſectabatur · & omniū penarū a-
trocitate ſecurꝝ ſe eē aſſerens in futuro ſeculo · pre-
ſentis ſeculi ſe nolle amittē delicias refēbat · Inter
vniūſa tamē criminum genera · die vigiliarꝝ eꝰ ieiu-
nans · feſtum qʒ deuote celebrans · ea ſaltē die a vici-
js abſtinebat · Quodam etiā die īter ceteros q̄ ora-
tionis cauſa eiꝰdē domīe tumulū viſitabāt · & ipē
profectus eſt · hic in cordis ſui archano ſepe r̄uol-
uens · ſcio mariam magdalenā plurimū peccatricē
fuiſſe · & tamē dimiſſis eius peccatis multā ſācti-
tatis obtinere virtutē · Ibo igitur ad ſepulcruʒ ipſi-
us · & ſiqua reuelatione eius ꝑ merita michi oſten-
ſum fuerit · ꝙ vllū valeam habē remediuʒ ꝑ eiꝰ do-
nū libenter ſuſcipiam · Alioquī ad deſideria corpo-
ris mei perficiēda reuertar · Cumqʒ ad ipſius eccle-
ſiam ꝑ tres continuas ebdomodas conſtitiſſʒ · nul-
lius quod quēbat reuelationis accepit ſolacium ·
Vniuerſis igitur que ad cōmeatū neceſſaria fuerāt
ꝑparatis · ſequēti die ſine intermiſſione reditū pre-
parabat · in deſꝑationis puteū conſtanē immerſus
Eadē die beatiſſima maria magdalena eidē clerico
nec penitus dormiēti · nec ex toto vigilanti apparu-
it · tanꝗ͂ mulier formoſa crinibus decenē expanſis ·
lugubres gerēs oculos · & duorꝝ inſigniū āgelorū
dextra qʒ leua qʒ honorifice ſuſtentata preſidio · &
ꝑſtatuʒ intuens iuuenē taliter exorſa ē · cur q̄ſo ſte-
phane indigna meritis meis facta rependis · cur la-
borꝝ meorꝝ inſtantiam nulla compaſſione ſolaris ·
Ex quo · n · in me & feſtuʒ migrationis mee de ſecu-
lo deuotionē aliquā habē cepiſti · pro remedio de-
lictorꝝ tuo domini miſericordiaʒ īceſſāter exorare
non deſtiti · Surge igitur & peccata tua humiliter
confitē: certus ꝙ ſi michi credideris · diuinū te ꝓſe-
quetur auxiliū · nec ego te vlterius deſerā · quouſqʒ
aīaʒ tuā a peccatorꝝ ſordibꝰ liberatā ſuo creatori
reſtituā · Dixit · & ab oculis eius elapſa eſt · clericꝰ
ergo ille continuo ſurgens · intantuʒ corde contri-
tus & compunctus eſt · ꝙ mox beate mediatricis
ſue baſilicam adiens · conuocato eiꝰdem loci patre
& fratribus confeſſionē ſcelerum ſuorꝝ reuerenē
aperuit · & canonicam ſatiſfactionē accepit · Seq̄n-
ti vero die monachicū habitū induit · & renūciās
ſeculo & illecebris eius · religioni ſe applicuit · Et ſi-
cut ab his qui nouerunt accepimus · angelice vite
conuerſationē quouſqʒ migrauit a ſeculo largiēte
domino fideliter obſeruauit · A religioſis etiaʒ &
deum timentibus viris nobis ſignificatuʒ eſt · ꝙ ea-
dē hora qua de corpore ipſius anima elapſa eſt · vi-
ſa eſt beata maria magdalena iuxta ipſius fēcꝝ cū
angelis aſtitiſſe · & ex eius corpore quaſi columbā
candidiſſimā cū laudibꝰ ſuſtuliſſe · ¶ CX ·

¶ De britone ꝑ eā a naufragio liberato ·

Nobilis vir brito quidā terrenis facultati-
bus latus · ita circa beate marie magdalene
obſequia deuotus & ſtabilis erat · vt eam
cū uxore & filijs · & tota familia ꝓꝑpuo venerare-
tur affectu · & eam quotidianis precibus ad ſuuʒ
ꝓſidium flagitabat · hic itaqʒ diē vigiliarꝝ feſtiuita-
tis eiꝰ cū tota domo ſua deuotiſſime ſemꝑ ieiuna-
bat · & eiꝰ dē feſtiuitatis die magnā pauꝑibꝰ & ꝑe-
grinis refectionē preparare conſueuerat · Eadem
quoqʒ die debitoribus debita dimittebat · veniam
dabat offenſis · & pre cunctis ſanctorum ſolenni-
tatibus feſtiuitatē illam celebrē et precipuam r̄co-
lebat · Inter preces autē continuas hoc precipue a
domino ꝓcabatur · vt nunꝗ͂ eum ꝑmittēt de iſta lu-
ce ſine vera penitētia et peccatorꝝ ſuorꝝ confeſſione
migrare · contigit ergo vt ī angliā proficiſcēs nau-
fragium patētur · Et cum oīes comites ſuos flu-
ctus inuoluēt · ipē quoqʒ marinos verſabatur in
fluctus · cunqʒ mox ſupuēture mortis ꝓſtolaretuʒ
aduentum · hoc ex intimo dolore pauido vertebat
in animo · O beata maria magdalena nonne ſancti-
tatē tuam ſepius exorabā · vt nūꝗ͂ me ſine vera pe-
nitētia et peccatorum meoruʒ vera confeſſione de
hoc ſeclo migrare permittēs · Ecce nūc morior · et
peccata mea confiteri nō poſſū · Tali cordis ipſius
gemitu nondū expleto · formoſa quedam et expedi-
te ꝓcincta mulier dexterā illiꝰ tenuit · et ꝗuis fre-
tum in undis tumētibus eſtuarʒ · ipm tam̄ ſolū ex om-
nibus natatu leuiſſimo vſqʒ ad ripā ex qua ingreſ-
ſꝰ fuerat qui a loco naufragij · xl · fere ſtadiis diſta-
bat incolumē ꝑduxit · Qui a die natiuitatis ſue nū-
ꝗ͂ amplius ſe nataſſe meminerat · Ad ſe igitur reū-
ſus homo ꝑ totaʒ terrā illaʒ ſancte adiutricis ſue
magnalia predicabat · Et · x · tantū diebꝰ ſicut ab ea
dē ſibi ꝓnunciatum fuerat viuēs in corpore · veraʒ
ſicut poſtulauat penitētiam accepit · et rebus ac fa-
cultatibꝰ ſuis accurate diſpoſuit · ¶ CXI ·

¶ De ſancto maximino aquēſi epiſcopo · et ſociis
eiꝰ · ¶ Ex geſtis ſancte marie magdalene ·

Rexit aūt beatꝰ maximinꝰ aq̄nſē eccleſiā cō-
feſſor et pontifex diebꝰ multis · verbo pre-
dicationis inherēdo · demones pellendo ·
mortuos ſuſcitando · cecis lumen reddēdo · claudis
greſſum reſtituēdo · omniū infirmitatū languores
curando · Imminēte aūt tēpore quo ſācto ſibi reue-
lāte ſpiritu ab hac luce ſe ſubtrahi cognouit · mer-
cedē laborꝝ ſuorꝝ a pio iudice recepturꝰ · infra pre-
dictā eccleſiā iuſſit locū ſepulture ſue preparari ·
ac iuxta beate marie magdalene ſarcophaguʒ ſuū
collocari · In quo poſt ſanctū eius tranſitū a fideli-
bus honorifice dpoſitꝰ ē · magnis qʒ miraculorum
